

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Prooemium, Jurium Diversitatem Exhibens.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253



B. C. D.

PROOEMIUM,
JURIUM DIVERSITATEM
EXHIBENS.

I.



JUS est norma a superiore præscripta j. c. f. X. de consuetud. inferiores ad obsequium obligans. a. l. f. §. 1. C. de legib.

II. *Jus* dividitur in *divinum* & *humanum*. *Divinum*, cujus Auctor est Deus. *Idque* est vel

Connatum s. *Naturale*, vel *Revelatum* s. *Positivum*. *Naturale honestum ac turpe* discernit, atque illud faciendum, hoc fugiendum esse dicitur. §. 3. J. d. J. & J. Illud *Jus* omnes homines obligat, mutarique non potest §. 11. J. d. J. N. G. & C. (a) j. J. P. O. & M. art. 7. §. 1. *Jus divinum Revelatum* s. *Positivum* est: Quod *Deus* in verbo suo publicavit, & abit in *Universale* & *Particulare*: *Universale* a *Deo* constitutum, ut obligaret omnes homines. *Idque* est aut *Morale*, ceu loquuntur, aut in *specie tale*: *Jus divinum*

(a) *Jura Naturalia divina* quadam providentia constituta semper firma atque immutabilia permanent. §. XI. J. d. J. N. G. & C.

A

Uni-

Universale Morale, Actiones naturali Moralitate bonas imperat, malas vetat. Exod. c. 20. *Jus divinum Universale in specie tale* Actiones hominum naturali Moralitati Proximas dirigit, malis vicinas prohibendo, bonis vicinas imperando. v. Levit. c. 18. v. 6. 14. seq. 26. seq. j. c. 20. v. 22. seq. P. 4. C. El. 3. S. f. Matth. c. 19. v. 9. j. Gen. cap. 2. v. 24.

III. *Jus Divinum Positivum Particulare*, solis *Judeis* latum est. Illud hodie nos haudquam obligat. Gen. c. 49. v. 10. ad Rom. c. 13. v. 1. 4. 5. *Jus Divinum Positivum Particulare* est vel *Ceremoniale*, vel *Forense*. *Ceremoniale* de *Ceremoniis* circa cultum divinum observandis disponit, & vel ob Typicam significationem, vel ordinem Ecclesiasticum, est constitutum, e. g. de Levitis, summo Sacerdotio, Sacrificiis. ad Heb. c. 7. v. 26. 27. c. 8. v. 13. c. 9. *Forense s. Judiciale* de rebus Politicis est latum. v. Exod. c. 22. v. 1. j. S. 5. *J. de obl. quæ ex del. O. C. a. 160.* Exod. c. 22. v. 16. j. P. 4. C. 27.

IV. *Jus Humanum* Auctorem habet hominem, estque vel *Gentium*, vel *Civile*. *Jus Gentium*, *Utu Gentium*, ob communem Utilitatem, circa *arbitraria*, receptum. S. 2. *J. d. J. N. G. & C. l. 5. ff. d. J. & J.* Idque est vel *Internum*, vel *Externum*. *Internum*, quod apud Gentes & in *Conscientia* impunitatem præstat, e. g. armati hostis occisio. *Externum*, quod apud Gentes, non in *Conscientia*, impunitatem præstat.

V. *Jus*

V. *Jus Civile* est: Quod cujusvis Reipubl. Legislator in *Utilitatem suæ Reipubl.* constituit. *a. l. 6. l. 9. ff. d. J. & J.* Dividitur *Jus Civile* in *Universale & Particulare.* *Universale* in *toto Imperio Romano-Germanico* obtinet. Hoc autem est vel *Constitutum*, vel *Receptum.* *Constitutum*, ut *Recessus Imperii*, qui sunt leges ab *Imperatore & Statibus Imperii* communi consensu conditæ. *Cap. Leopold. art. 2. Carol. VI. art. 2. 4. J. P. O. & M. art. 8. §. gaudeant.* *Jus Civile Universale Receptum*, est vel *Justinianæum*, vel *Canonicum*, vel *Feudale.*

VI. *Jus Civile Justinianæum* est Auctoritate Imperatoris Justiniani *constitutum compositum-ve.* *§. 1. J. Proæm.* Hoc pro Imperii nostri Jure communi agnoscitur. *Ord. Cam. P. i. t. 57. &* continet *libros*, vel *Elementarios*, vel *Systematicos*, vel *Suppletorios.* *Elementarios*: ut *Institutiones*, quæ sunt *prima Jurisprudentiæ Elementa*, auctoritate Imperatoris Justiniani, ad faciliorem Juris intellectum, composita & confirmata. *§. 3. 6. J. Proæm.* *Systematicos*: ut 1.) *Pandectas*, quæ sunt liber Imperatoris Justiniani *jussu ex sententiis Jurisconsultorum veterum*, opera Triboniani & sociorum, collectus, atque ab eodem confirmatus. *Const. Dedit nobis. De Confirm. Dig. §. 9.* 2.) *Codicem*, hic est vel *Justinianæus*, quem Justinianus Imp. ante *Institutiones & Digesta* ex Codice Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, nec non *Constitutionibus Antecessorum*, Suisque, componi jussit.

*Const. Hæc quæ. de nov. Cod. fac. & A. 529. promulgavit. Const. Summa. De Justinian. Codice confirm. §. 2. J. Proœm. vel Repetitæ Prælectionis, quem Justinianus Imp. post Institutiones & Digesta, ex Codice Justiniano, 50. Decisionibus, aliisque novis Constitutionibus suis, reconcinnari iussit, &, priori Codice abrogato, Anno 534. plenissima Juris Auctoritate donavit. *Constit. Cordi nobis est de emend. Cod.* Isto Codice hodie utimur. Huic insertæ *Authenticæ Novellarum*, quatenus a Novella, tanquam Authentico suo, dissident, vim juris non habent, *a. N. 119. c. 3. v. Auth. Excipitur. C. d. bon. quælib. j. N. 117. c. 1. Suppletorios: ut Novellas, quæ sunt varix Constitutiones Justiniani, post Codicem repetitæ prælectionis diverso tempore editæ, & ab Anonymo, ævo Justiniani vicino, collectæ. Hæ Juris auctoritatem habent, modo statui nostræ Reipubl. convenient, v. N. 24. seqq. suspectæque fidei non sint. *v. N. 163.* Juris Justiniani leges posteriores anterioribus derogant. *a. l. f. ff. de Const. Princ. (b)***

VII. *Jus Canonicum* ex Constitutionibus Pontificum & Canonibus collectum, ad actiones civium Christianorum dirigendas. Hoc in Imperio nostro apud *Status Catholicos* plus auctoritatis habet. *Cap. Leop. art. 19. J. P. O. art. 13. §. 6.* quam apud *Protestantes*: Hi enim illud libero arbitrio, *d. J. P. art. 8. art. 5.*

(b) *Leges tempore posteriores, potiores sunt his, quæ ipsas præcesserunt. l. f. ff. d. const. Princ.*

§. 48. in certis materiis Juri Civili prætulerunt, c. 28. X. de Jurej. j. l. 5. §. 1. C. d. legib. c. 11. X. de testam. in reliquis in subsidium, quatenus nec heterodoxum, nec iniquum est, admiserunt. C. 1. X. d. nov. oper. nunc. (c) Clem. f. d. testib.

VIII. *Jus Feudale*, est circa bona feudalia constitutum. II. f. 55. §. 1. j. A. B. c. 25. Cap. Leop. art. 4. Kayf. Land-Fried. d. A. 1548. t. 3. §. 2.

IX. *JUS Civile Particulare* in certo Territorio, Civitate, vel Loco est constitutum aut receptum: ut SAXONICUM, hoc est vel *Commune*, in Saxonia usu receptum, veluti *Jus Provinciale*, *Land-Recht*, *Weichbildicum*, *Weichbild*, *Feudale*, *Lehn-Recht*, vel *Electoralis*, ab Electore Saxonix vi Superioritatis Territorialis constitutum. P. 1. C. El. 27. vel *Ducale*, Lineæ Ernestinæ.

X. In Genere *allegationes* Jurium fiunt hoc modo: In *Institutionibus* Pr. §. 1. J. d. nupt. In *Pandectis* l. f. ff. π. P. D. de Const. Princ. In *Codice* l. 4. C. d. legib. Auth. Habita. C. ne filius pro patre. Auth. Quas actiones. C. de Sacr. Eccl. In *Novellis*. N. 118. c. 1. In *Constitutionibus Imperii* R. F. vel R. U. A. 1654. §. anreichend 174. A. B. c. 7. Ord. Crim. sive P. H. D. art. f. J. P. O. S. M. art. 1. 8. §. gaudeant. 2. Cap. Leop. it. Car. VI. art. 1. Ord. Cam. vel Kayserl. Cammer-Ger. Ord. P. 1. t. 57. In *Jure Saxonico Electorali* P. 2. C. El. 15. O. P. S. sive Pr. Ordn.

lex finalis

*Recessus Imperialis
Aur. Bulla
Instr. Paris*

Const. Elect.

(c) *Inter Jus Canonicum & Civile in dubio non est statuenda differentia.* C. 1. X. d. nov. op. nunc.

A 3

1. 7. pr.



Resolutio t. 7. pr. *Res. Grav.* sive *Er. L. G.* d. An. 1609. rubr.
gravamen von Justitz-Sachen. gr. 5. Pol. Ordn. t. 8. §. 2.
 Dec. El. 2. *Const. El. Nov.* 1. In *Jure Saxonico*
Communi, Land-N. l. 1. art. 3. *Lehn-N.* cap. 32.
Weichb. art. 8. 129. In *Jure Canonico*. c. 1. d. 20.
 c. 2. XXX. q. 1. c. 3. d. pœnit. d. 5. c. 4. d. 2. d.
consecr. cap. 18. X. de *restam.* c. 2. de *pac̄t.* in 6.
Clem. sape 2. d. verb. sign. In *Jure Feudali* II. f. 55.

PROOEMIUM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
 JESU CHRISTI.

IMPERATOR CÆSAR FLAVIUS JUSTI-
 NIANUS, ALEMANICUS, GOTHICUS,
 FRANCICUS, GERMANICUS, ANTI-
 CUS, ALANICUS, VANDALICUS, AFRI-
 CANUS, PIUS, FELIX, INCLYTUS, VI-
 CTOR AC TRIUMPHATOR, SEMPER
 AUGUSTUS, cupidæ legum juventuti.

De usu armorum & legum.

Imperatoriam majestatem non solum armis
 decoratam, sed etiam Legibus oportet esse
 armatam: ut utrumque tempus, & bellorum
 & pacis, recte possit gubernari: & Princeps
 Romanus non solum in hostilibus præliis vi-
 ctor existat, sed etiam per legitimos tramites ca-
 lumniantium iniquitates expellat: & fiat tam juris
 religiosissimus, quam victis hostibus triumphator
 (magnificus.)

De bellis & legibus Justiniani.

I. Quorum utramque viam cum summis vigi-
 liis,